BIBLIA LATINA

Klosterneuburg, um 1310/1315 Seite 228r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



dm. Et repleti sunt timore dicentes:
quia uidimus mirabilia hodie. Et post
hec exiit ihc: et uidit publicanum no
mine leui. sedentem ad theloneum: et ait
illi. Sequere me. Et relictis omnibus
surgens secutus est eum. Et fecit ei con
uiuium magnum leui in domo sua. Et
erat turba multa publicanorum. et aliorum
qui cum illis erant discumbentes. Et mur
murabant pharisei et scribe dicentes
ad discipulos eius. Quare cum publica
nis et peccatoribus manducatis et bibitis?
Et respondens ihc dixit ad illos. Non
egent qui sani sunt medico. sed qui
male habent. Non enim ueni uocare
iustos. sed peccatores in penitentiam. At
illi dixerunt ad eum. Quare discipuli
iohis ieiunant frequenter. et obsecrati
ones faciunt similiter et phariseorum: tui autem
edunt et bibunt? Quibus ipse ait. Num
quid potestis filios sponsi dum cum illis
sponsus est facere ieiunare? Uenient
autem dies. cum ablatus fuerit ab illis spon
sus: et tunc ieiunabunt in illis diebus.
Dicebat autem et similitudinem ad illos: quia
nemo commissuram a uestimento nouo in
mittit in uestimentum uetus. alioquin et
nouum rumpit. et ueteri non conuenit com
missura a nouo. Et nemo mittit ui
num nouum in utres ueteres. Alioquin
rumpit uinum nouum utres: et ipsum ef
fundetur. et utres peribunt. Sed uinum
nouum in utres nouos mittendum est. et
utraque conseruantur. Et nemo bibens
uetus statim uult nouum. Dicit enim.

Uetus melius est. Cap. vi.

Factum est autem in sabbato secundo. pri
mo cum transiret per sata: uelle
bant discipuli eius spicas: et mandu
cabant confricantes manibus. Quidam
autem phariseorum dicebant illis. Quid fa
citis quod non licet in sabbatis? Et
respondens ihc: dixit ad eos. Nec hoc
legistis quod fecit dauid cum esuriret.
et ipse et qui cum eo erant. quomodo intrauit
in domum dei. et panes propositionis sump
sit et manducauit. et dedit hiis qui cum
ipso erant. quos non licebat mandu
care. nisi solis tantum sacerdotibus? Et
dicebat illis. Quia dominus est filius hominis
etiam sabbati. Factum est autem et in alio
sabbato. ut intraret in synagogam. et doceret.
Et erat ibi homo. et manus eius dextera
erat arida. Obseruabant autem scribe
et pharisei si in sabbato curaret: ut inue
nirent unde accusarent eum. Ipse uero
sciebat cogitationes eorum. Et ait homini
qui habebat manum aridam. Surge. et
sta in medium. Et surgens stetit. Ait autem
ad illos ihc. Interrogo uos. si licet sab
bato benefacere an male: animam saluam
facere an perdere? Ipsi uero tacebant. Et
circumspectis omnibus dixit homini. Ex
tende manum tuam: et extendit: et restitu
ta est sanitati manus eius. Ipsi autem
repleti sunt insipientia: et colloquebantur
ad inuicem. quid nam facerent ihu. Factum
est autem in illis diebus exiit in montem ora
re. Et erat pernoctans in oratione dei. Et
cum dies factus esset: uocauit discipulos su
os. Et elegit. xii. ex ipsis quos et apos
tolos nominauit: Symonem quem cogno
minauit petrum. et Andream fratrem eius.
Iacobum. et iohem. Philippum. et bartho
lomeum. Mathem. et thomam. Iacobum
alphei. et Symonem qui uocatur zelotes.
et Iudam iacobi. et Iudam scarioth. qui
fuit proditor. Et descendens ihc de mon
te cum illis: stetit in loco campestri. et
turba discipulorum eius. et multitudo co
piosa plebis. ab omni iudea et ierusalem. et
maritima. et tyri. et sydonis. qui ueniant